

10<sup>o</sup> Legajo.

num<sup>o</sup> 7.

Ad primam partem Academicæ introductionis.

Sancti y de Reu

N.º 6.

Introduccion de la *Prim.<sup>a</sup>*  
Academia duplicada

ma Academia de la

Oratoria

Ed.

de la Academia de la

Oratoria de la

Academia de la

Oratoria de la

Academia de la

Oratoria de la

Academia de la

Oratoria de la

No. 6  
Cathedral of St. Peter  
St. Peter's Basilica



Ad primam pri-  
ma Academia introduc-  
tionem,  
Oratio.

Santus mihi (Paet. M.) hic pra-  
ceteris celebrandus est dies; Et siquid  
Felicis mihi tribuendum sit, id  
quidem ab illo <sup>profecto</sup> origine trahere vi-  
deatur. Hodie siquidem e mater-  
nis Visceribus eductus, ad Communem  
Omnibus Vita Lucem editus sum;  
non tam Et infantis inter vagitus  
Lugorem, quam Et Summis per-  
Fusus gaudijs exultarem. Non  
Solum quo Sancti Spiritus gra-  
tia Sacro Baptismatis Fonte  
a Communibus. Adae sordibus,  
ablutus, corporis Ecclesiae mem-  
brum Licet indignus Efficerer: —

Sed hujus etiam Academici Cor-  
poris Caput, hoc ipso die, non meis  
quidem meritis, sed vestra proflua  
gratia constitueret. In quo licet,  
pro tanta honoris Significatione ru-  
bore non suffundi non possim: eo-  
tamen Laetitia Summo vestro bene-  
ficio affectus, progressum sum, et  
ultra sane mihi non videar pro-  
gressurus. Gaudeo (non diffiteor)  
vos me primum in tanto Cœtu con-  
stituisse; Gaudeo (Laetor enim) vos  
me primum ad dicendum desig-  
nasse: id enim hac mihi gratia ju-  
re tribuistis, quod jure quidem op-  
timum debebatur. Gaudeo enim;  
non quia Caput tanti Corporis  
constitutus sim; quid enim tan-  
tum mihi presumere fas esse po-  
test? Sed gaudeo, vos jus meum  
mihi non denegasse; cum mihi pri-  
mum in hoc Cœtu dicere precepis-  
tis. Quis enim prior locus pro-

rumpere Verba, aut debuit, aut po-  
tuit; nisi qui prius mente hunc Ca-  
tum. Barcinone Constituendum  
intus avidissimè concepit? Vbi que-  
ro à Vobis nunc A. à quo primum  
hoc votum accepistis? à quo primum  
hanc Opinionem auscultastis? Mi-  
hi quidem, si suum cuique tribuen-  
dum est, mihi quidem non hoc tri-  
buere non potestis. Quid igitur?  
Mibi idio primum iure non letan-  
dum est? Mibi primum non di-  
cendum? Dicendum sanè: nisi præ  
gaudy magnitudine mihi dicere  
occludatur.

Not enim, et tanta hunc circumstant  
diem, quem ad Academia<sup>q. principij</sup> designa-  
stis; et adjuncta Divino concilio  
glomerata esse videantur, quo mi-  
nus ab humana mente comparen-  
tur. Atque imprimis, et memo-  
randi vrm præteream, circumstan-

tiam sibi illam, quod eo die Aca-  
demia inchoetur, quo Clarissimi  
Ecclesia Principes, Christique Apos-  
toli, Philippus, et Jacobus Felicem  
Vita cursum Martyrio consumma-  
runt; Et scilicet eorum in Studijs e-  
muli ingenium contorquentes, nomi-  
nis immortalitate Academici Cro-  
nentur. Preterea itidem diem cele-  
berrimum, quo Praclarissimum  
Hispaniarum Regis nostri Philippi  
nomen celebretur; Et ex tanti no-  
minis Claritate Academia clari-  
tas arguatur. Haec enim Omnia  
praetermitenda censui, ne quae sin-  
gula Subtilibus ingenijs sigillatim  
mandata sunt, ipsae confuse omni-  
bus oratio deesse videatur.

¶ Illud tamen praeterendum non  
est, quod Kalendis Maij institua-  
tur. Cum enim Kalendae à Ca-  
landa plebe Calandisque diebus

dicta sint: quid Kalendarum Felicitatis  
excogitari hac Academia potuit; in qua pro Plebe, pro Nobilitate, et Splendore; pro diebus, aeternitas eius nomini adsiscatur? Nec alius quam Maivs Statui Academiae fas fuit: Cum enim iuxta Ordinem, a Maioribus, quorum concilio gubernandam, ac tuendam Rempublicam. Statuit Romulus Mensis hic Maius dictus sit:

Mine sua Maiores tribuere vocabula.  
La Maio:

Quos vobis Maiores existimare possum, siue maiores Vestri a retroactis Saeculis memoria repetantur, siue Vestra iudicia in gubernanda, tuendaque aliquando Republica aspiciantur?

Quid praeterea Academia apud Athenienses, a quibus duxit originem, fuit, si fides Phitaxo



adhibenda est nisi Locus ambulacris, umbratis,  
arboribus, floribus ornatus, et Fon-  
tibus? Maio igitur mense Acade-  
mia *flouescere*, amenissimis inge-  
niorum *floribus* delectare, *ueteri-*  
*morum* Spe *fructuum*, animos om-  
nium *erigere* non debuit, cum *origi-*  
*tur*? Et merito quidem; siue *Primi-*  
*mos* *Græcia* *Academicos* imitemur,  
siue potiore *parte* *Maiores* nostro *Pro-*  
*uensales*, *uirios* *longe* omnium *sa-*  
*pientissimos* consequamur. *Re-*  
*cordamini* *M. M.* *eruditissimos* *illos-*  
*Alexoes*, quorum *nominis* *clarita-*  
*tem* *nulla* *temporis* *obscurabit* *obli-*  
*uio*; *Recordamini* *illos* *Septem*  
*Tolosæ* *Inuentores*, à quibus *ri-*  
*malem* *Poeticam* *Naciones* *omnes*  
*didicisse* *non* *desistuntur*; *Reco-*  
*damini* *inquam* *Celeberrimam*  
*illam* *Academiam* *anno* *à* *na-*  
*tivitate* *Domini* *1322*. *Tolosæ* →

institutam, non nisi in Prudario esse ce-  
lebratam; Locus enim Floribus deligen-  
dus ad Academiam sibi Datus est, ut  
ingenia maiorum nostrorum, sicut, et  
Iuorum Efflorescere viderentur. Ut  
igitur tantorum Sapientum sequa-  
mox Vestigia; quodnam tempus ope-  
tunius ad Academia principium,  
quam Mensis hic Maius Floribus  
pocundissimus exquiri potuit? Ita sa-  
ne se Comprobant ydem Sapientissimi  
Inventores; hoc enim Mense, hoc eodem  
die, Kalendis scilicet Maiis, Calais voca-  
tisque ad certamen Undique Sapientissi-  
mis Datis Academiam publice celebra-  
re consueverunt. Vbi quodnam Victoribus  
praemium Statutum putabitis, nisi  
Florem, etiam, ut in omnibus efflo-  
rescere viderentur? Murea Viola Sta-  
tuta fuit, quam qui melius effingeret,  
inveniret, Componeret, sibi ad nominis  
sui Coronam, remunerandus referret.  
At pux quidem optimo, A. ut quos-

mentis virtus ad Certamen exitaret, iſſane  
humilitatis Viola coronarentur. In-  
ſtauranda igitur vetuſtiſſima illa, omni-  
busque probatiſſima Academia nobis  
eſt, ut omnibus gentibus effloſcere videa-  
tur. Ad quam etiam Deus innuere  
mihi videtur, ſi de Arcanis Caeleſtibus ho-  
mini loqui haec eſt; cum Durno Conci-  
lio Roſary Felicitas Academia inſti-  
tuenda. Felicitex occurrit, ut Parentum  
noſtrorum Viola, melioris matris Roſa  
compensetur. Quae dum inter Flores re-  
gina conſtituitur, principem hanc Aca-  
demiã inter Ceteras Conſtituere videa-  
tur.

Quid igitur Superest, niſi huic Prin-  
cipatu, et huic Baſcinonenſi Urbi con-  
gratulemur; Quae enim Summi Splen-  
doris hiſ temporibus difficillimis ami-  
ſit, hoc mihi die recuperanda viſa ſunt.  
Fateor quidem, A. quotieſcumque pre-  
teritæ temporis memoriã repeto, et Uni-  
verſitatem noſtram Sapientiſſimorum  
quorundam Driorum Fontem Ubeatiſ-

99  
mum amisisse recordor; Facere non pos-  
sum, quin tantam prosequar Lachry-  
mis Calamitatem. Cum mente recolo Ka-  
lendas Martias, quibus Vacantes Ca-  
thedrae publicabantur, et quaeque Vellent  
ad earum occupationem opponerentur:  
Sola haec Academia institutio, eodem ip-  
so die, <sup>Divinitus</sup> et Rex confirmata, solacium mihi,  
et Universae Civitati potuit afferre. Quid  
amaritudinis Cordibus nostris, Latina ipsa  
Consecrati hodie Episcopi, qui ex Canoni-  
ca Barcinonensi Cathedra, ad Gerunden-  
sem Episcopalem sedem erectus merito  
fuit; quid, quantumque in quam amari-  
tudinis nobis omnibus affexet; nisi quoda-  
missa Universitate, in portum amisiss-  
semus hac Academia institutione maiori  
Spes dignitatis huic Civitati affulgeret. Lu-  
geret pariter iure optimo hac ipsa die Bar-  
cinonensis Civitas memoria repetens ius-  
illud praedatissimum Kalendis Martiis, ho-  
noratos Nobilesque Cives creare posse, et  
Constituere; nisi hoc ipso die constituta Aca-  
demia, hoc tantum bonum videret cum mag-  
no Favore posse recuperare. Latandum  
quidem nostris Civibus hoc die, Cives de re-  
pub. benemeritos Nobiles posse constituere;  
Sed potiori causa hoc ipso die sibi Latandum.

- est, cum quod Principi denegatur, hac Aca-  
demia instituta, huic Civitati comparatur.  
Sas sibi erat ante facere, quod facere lex  
ipse poterat, iure nobilitatis donare aliquos:  
nunc vero hac Academia institutione, non so-  
lum efficiere nobiles, sed nobiles, etiam nobiliores -  
efficiere, eoque de Nobilitate bene meritos red-  
dere (quod in Regia manu non est) huic  
Civitati comparatur. Ad hunc igitur Nobi-  
litate Splendorem properate Nobilissimi. Mudi.  
In hoc Litterarum Studium incumbite; Nihil  
enim est quod vobis majori fructu, gloriae =  
que esse possit. Quapropter, A, per illam  
Spem, quam Adolescentes de vobis excitas-  
tis, per fructum illum, quem maturo tem-  
pore recipetis, promissis gloriosissimo huic  
Labori insistite, ne in medio cursu Emulorum  
Ludibrio deficere videamini. Aut non sua-  
punda hac causa fuit (ut Cicero in oratione  
Nax) aut cum eam suscepistis, debuistis ad  
finem perducere. Ad finem, non quod  
vllis, aut finibus, aut terminis Circums-  
cribi Academicorum gloria possit, Cum im-  
mortalitate Academiae Laus, honor, et splen-  
dor preparatur; sed ut eum finem a se =  
quamini, ut Nobilitatem illam, quae a Ma-  
ioribus accepistis, maioribus studiorum  
exuditionis, et Politiae ornamentis glorio-  
sius illustretis. Divi.